

Vc  
5388



h.s.



h. 5, 29.

Vc  
5385

Q. B. VI

Ad

NUMUM

SANCTISSIMÆ MEMORIAE

DIVI

# JOHANNIS GEORGII IV.

destinatum,

Oratione Valedictoriâ

Hor. 9. Calend. Octobr. M. DC. XCIV.

ab

Andrea Franzio Chem. Misn.

exprimendum

CHEMNITH

SCHOLARCHAS REIq; LITERARIAE


addictos

liberali vocat ingenio

M. GODOFRIDUS SCHULZIUS,

Rector.

Typis STOESSELIANIS.



Nam non periret securus si sterrena gehepserit celo.  
Excoffier Filius invenit quod tunc audiret nolit.

nl



I. I!

Annus monet,  
quæ monendus sis amicissimè,  
Solertissime Temporis & Memoriæ Custos,  
nisi memor  
monitori velis esse asper.  
Vel enim me tacente clamitant  
officinæ Monetariæ,

quem

## DIVI JOHANNIS GEORGII IV.

S. S. Imperij Archimareſſalli & Electoris  
GLORIOSISSIMI

Servandæ percusserunt Memoriæ,  
Numum defixis contemplandum oculis,  
animo defigendum.

Nam

si Numus vōuos,  
si Moneta monitis abundat,  
si Aes speculum formæ,  
lege tenemur,

ut Monetam Monitoris credamus esse Monitum,  
quid quod, Bonæ Mentis speculum,  
quo & tristes Elegi doctis misceantur Elogiis.

Viget Numorum,  
quoad longissimè potest,  
memoria.

Num fas sit,

Stemmatis à multis retrò seculis Florentissimi,  
Virtutis & per NOSTRUM Fulgentissimæ  
exuere memoriam?

## SERENISSIMUS NUMA FRIDERICUS AUGUSTUS,

Nominis AUGUSTI DECUS AUGUSTISSIMUM

Numum jubens  
in numero jusfit haberi Virtutes,  
& insignia laudis gloriæq; monumenta.

Siquis velit

figuris expresa intueri,  
in Nomo loqvuntur exequiali, quæ sunt instar vōug.

Pyramis

excurrit in Solem,

ut qvo se vertat, præ se ferat

excelsus Purpuratorum Animus.

Nam non hæret adfixum terræ, quod est æternum & debetur cœlo.

Non nubibus involvitur, quod ultra nubes attollitur.

I.

In Sole gaudet versari,  
quod Solis hausit indolem;  
ut, relictis tenebris, in luce agat lucem.  
Voluptati certè est,  
*imminentem Pyramidi oculis collustrare Solem.*  
Abit & lambit,  
Lambit & ambit  
radiis,  
quod in vertice est & ad pedes jacet,  
quod in fronte & à tergo,  
quod à dextris est & sinistris,  
ut æquabilem semper sibi constantemq; æstimes  
JUSTITIÆ faciem.

*Omnibus enim ex æquo tribuit splendorem,*

Majoribus reverentiam,  
Minoribus comitatem,  
oppressis tutelam,  
dubiis consilium,  
omnibus innocentiam.

Affurgit quadrata, clypeis diversa,  
ut eandem simul & diversam agnoseas formam.

Quod enim à priscis SAXONUM  
ad nos descendit DECUS,  
ad MAIORUM à nostris ascendit GLORIAM,  
alio quoniam habitu temporis & personæ eadem agitur fabula,  
ut clypeus clypeo jungatur, honos honori.

Emicant GLADII,  
ad Hostium elidendos & eludendos furores.

Virescit RUTA,  
ut præsentissimum malis sit remedium.  
Saluti consilium.  
Insistit autem CUBO,  
ut cernas,  
nec contracta, nec exorrecta fronte,  
nec svavi, nec gravi oratione,  
nec prosperis, nec asperis  
moveri,

quin iniustis terrorem incutiat, fiduciam addat iustis.

Ad extremum  
*sparsi solum convehiunt flores,*  
ut argumento sit,  
SOLA GLORIOSA esse, QVÆ JUSTA.  
Ferunt JUNONI  
nomen inditum MONETÆ,  
quoniam Romanos monuerit consulentes,  
pecuniam non defore  
JUSTITIAM & ARMA COLENTIBUS.

Quid quæso aliud  
*monetaria voluit monere sapientia;*  
quam in AUREUM, quod agimus Ferreum, abitarum seulum,  
si JUSTITIÆ studeamus & ARMORUM gloria.

FRK 5388

In laudes excurrerem  
DIVI NOSTRI Toga Armisq; CLARISSIMI,

ut, quæ exsplenduit Pietas,

effulgit Justitia,

enituit Gloria,

pia recoleretur Memoria,

nisi pietatis mihi præriperet laudem

Specimen laboris Scholastici prius editurus,

quam Studia Vitebergæ capessat Academica,

## ANDREAS FRANZIUS CHEMN. MISN.

Chori Symphoniaci Præfctus.

Nullus ergo dubito,

hanc Vos S. N. Principi Pietatem, mihi veniam datus,

atq; ut in Confessu audiatur Ornatisimo,

ad futuros.

Perelegantis est Ingenij Adolescens,

ut obscuritatem generis vincat,

qua emicuit, Industria.

Licet verò

Soror bonæ mentis urgeat ad ardua contendentem,

haud sinistre tamen licet ominari,

quod ingressus est, feliciter studiorum emensurum esse spatium.

Vestrum est, PATRONI NOBILISSIMI,

adulterinas à veris distingvere monetas,

Vestrum quoq; erit cognoscere,

ne pro genuinis venditentur laudis lenocinia.

Et qvum plerisque fere cordi sint Numi,

Numus, rogo, quem expositus est Noster, ut sit in deliciis.

Sicut autem

ex alterâ Numi facie

Solis ORTUM IN OCCASU

WOLFGANGUS HEINRICUS SCHROETERUS Chem. Misn.

demonstrans

novæ lucis ortum sine occasu precabitur,

ut discessurus inveniat:

ita VESTRUM

ILLUSTRISSIMÆ SAXONUM DOMUI,

meum & ILLI & VOBIS

exoptare

SINE NOCTE DIEM!



**ULB Halle**  
004 824 164

3



VD 17



h. 5, 29.

Vc  
5388

JOHAN  
ORGII IV.

M.

